

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Procli De Sphaera Liber I

Proclus <Diadochus>

Basiliae, 1561

Dionysii afri poema de orbis sitv, prisciano interprete

[urn:nbn:de:bsz:31-248967](#)

DE SI
SODIONYSII AFRI
 POEMA DE ORBIS
 SITV, PRISCIA-
 NO INTER-
 PRETE.



NATVRAB genitor, quæ mundum
continet omnem

Annue rex cœli, positum telluris &
undæ

In quas imperium, mortalibus ipse de-
disti,

Materie tantæ me promere carmine digno,

INCIPIENS terræ tractus pontic; meatus,
Et flauios canere, atq; urbes, populosq; per orbem
Discretos, latè refluum memorare parabo
Oceanum, tellus quo cingitur æquore tota:

Incola ceu se se diffundens littore uasto,
Non tamen aſiduo, teres undiq; margine circum
Clanditur hæc bifido, sed brachia littore pandens
Arctatur rapidos cursus ad solis utring;

Adſimilis fund.e, ſed quamuis corpore toto
Vna ſit hæc, homines treis dicunt eſſe diremptas.

Et primam Libyen, poſt Europen, Asiamq;:
Sed Libyam Europæ diſtendit finibus amplis

Linea, quam obliquant Gades, atq; Hoftilia Nili.

Q. 4

DE SITV ORBIS. 789

Qua boreæ excurrit Memphis terra sub axes,
Atq; locum uouit Spartano fama Canopo,
Sed terras aquilo, qua frigore damnat iniquo
Europen Asia Tanais disjungit ab oris
sauromatas linquens, Scythiam qui gurgite uasto
Præstringit, præcepitq; ruit Maeotida poscens:
At medius suis iamiam declivis ad austrum est,
Qyas Hellestant fauces dixere priores:
Sed magis astralis sunt terminus hostia Nili
Per mare sic flauitosq; patens discernuntur orbis.

Ast alij terris malunt discernere terras
Finibus est Asia latus arctum, lingua supernis
Caspia, quam median faciunt, atq; æquore ponte
Euxini locus hic discrimen diciunt esse
Europeæ, atq; Asia disjungens ruribus arua.
Ast alijs finis longissimus exit in austros,
Qui secat Aegypti terras, æquorq; Sabæum,
Separat, hic Libyen Asia confinia rumpens.
Talia mortales perhibent discrimina terræ.

Circuit Oceani gurses tamen undiq; uastus,
Qui quamuis unus sit, plurima nomina sumit,
Finibus besperis Atlanticus ille uocatur,
At boreæ qua gens ferrens Arimaspia sub armis
Dicitur, ille piger necnon Saturnius idem.
Mortuus est alijs, minimo quod lumine solis
Perfruitur, tardè radios nam suscepit ortus.
Nubibus & crassis premitur, nimbisq; grauatur.

Hh s Vnde

Vnde autem primo concendit lumine Titan,
 Eoum̄q; uocant, atq; indum nomine pontum:
 Sed qua deexus calidum polus excipit austrum
 & thiopunq; simul pelagus rubrumq; uocatur,
 Qua deserta patet tellus ardore perusta.
 Circuit oceanus sic totum maximus orbem
 Nominibus uarijs celebratus, ex æquore tanto
 Hinc, atq; inde sinus penetrabilis efficit ille
 Exiguos multos dirimens mare quatuor amplos,
 Persecat Hesperiam primus qui porgitur undis,
 Pamphylumaq; latus Libyæ pertendit ab oris:
 Hic minor est reliquis, maior quem caspia tellus
 Suscipit intrantem uastis aquilonis ab undis
 Nomine Saturni quod tethys posidet æquor
 Caspia iste sinus simul hyrcanusq; uocatur.
 At duo qui uenient australis ab æquore ponti,
 Hic supra currens mare Persicos efficit altum
 Et regione situs, qua caspia uoluitur unda.
 Fluctuat ast alter, Panchæaq; littora pulsat
 Euxini contra pelagus protensus in austros:
 Hosce sinus perhibens, quos telhyos efficit undas.
 Maiores nam sunt alij, multiq; minores.

N V N C maris hesperij lustrabo carmine tractus
 Flexibus in uarijs quo frangitur æquore pontus
 Astringens pelago terras circumfluius illis
 Montibus, et radens suppostas urbibus oras.
 Adfis o numen studiorum presul et artis

Ordine

Ordine principium capiens Atlantis ab unda
 Herculeo celebrant quam metæ munere Gades,
 Cæliferisq; tenet stans Atlas monte columnas.
 Est primus uastis qui pontus hibericus undis
 Diuidit Europeum Libya communis utriq;
 Hinc atq; hinc Stelæ sunt, ambe littora cernunt,
 Hæc Libyes, hæc Europe aduersa tuendo.
 Gallicus hunc gurges, qui Celtae littora pulsat
 Excipit, hunc sequitur Ligurum cognomine dictus
 Qua domini rerum terris creuere Latinis.
 Ad petram Leucen aquilonis ab axe reductus
 Qæ freta Sicania concludit littore curuo
 Insula, sed Cyrrnos proprijs pulsatur ab undis
 Intra Sardoum pelagus Celumq; refusis.
 Inde salis tumidus Tyrrheni uoluitur æstus
 Ad partes uergens australis, excipit illum
 Sicanie gurges solis deflexus ad ortus,
 Quid procul effusus Pachyni tenditur oris
 Ad Creten, sumnam, qua prominet æquore rupem,
 Qæ Cortyna potens medijs qua Phæstos in aruis
 Arietis banc rupem simulantem uertice frontem
 Pro merito Graij lq; dixere miroratu.
 Hoc mare Gargani concludit Iapygis ora,
 Illinc incipiens extenditur Adria uastus
 Ad boream penetrans pelago, solemq; cadentem
 Ionius pariter sinus hic perhibetur ab orbe.
 Diuidit & geminas diuersis partibus oras,

Quas

Quas tamen extremas coniungit terminus unus.

Ad dextram partem protenditur Illyris alma,

Post hanc Dalmatiæ populorum martia tellus,

Ad leuam Ausoniæ porrectus continet istmos

Quem tria circundant maria undiq; littore curuo

Tyrrhenum, Siculum, necon simus Adria uastus,

FINIBVS at proprijs exceptant singula uentos

Tyrrhenum Zephyro, Siculum sed tunditur austro,

Adria succurrentis Eoo frangitur Euro.

At post Sicaniam tractu diffunditur alto

Ad Syrin pelagus Libycis quæ cingitur oris,

Maiores postquam minor excipit æquora longe

Atq; sinu gemino resonantia littora pulsant

Finibus à Siculis Cretæum tenditur æquor,

Ad solis ueniens ortus salmonida poscens.

Dicitur Eous qui Cretæ terminus esse.

Post hanc est geminum mare uastum fluctibus atris

Fluctibus hismarici boreæ quod tunditur atris,

Quod ruit aduersus celsæ de partibus arcti,

Quod prius est Pharium perhibit, hoc littora tangit

Precipitis Casij montis. Post unda secunda

Sidonium est pelagus, penetrat qua gargite pontus

Issicus arcto as ad partes æquore uergens.

Non longè rectus, Cilicum nam frangitur oris.

Hinc Zephyros poscens ueluti draco flebitur undis,

Quod iuga montiuagus uastat, sylvasq; fatigat,

Partibus extremis Pamphylia clauditur isto,

Atq;

DE SITV ORBIS.

792

Atq; chelidonie rupes cinguntur eodem,
 At procul hunc Zephyrus finit Patare ide summa.
 Post hæc arctoas ad partes affice rursus
 Aegeum, superat qui flutibus æquora cuncta,
 Dispersas uasto Sporadas qui gurgite cingit
 Terminat hunc Imbros pariter, Tenedosq; coëcens,
 Angusta trahitur qua fauce Proponitidis uanda
 Asia, quam supra populis distenditur amplis
 Ad notiam partem, qua latus dicitur Isthmos.
 Threicius, sequitur post Bosporus hostia, ponti,
 Hoc nullum perhibent terras angustius orbis
 Esse fretum dirimens, hic sunt Symplegades arctoas.
 Panditur hic ponti pelagus titanis ad ortus
 Quid petit obliquo boream, solemq; meatu
 Hinc, atq; hinc medio percurrunt æquore colles,
 Vnus qui ueniens Asie de parte carambis
 Dicitur australi, sed contra finibus alter
 Prominet Europeæ hunc lq; dixere *littorae*,
 Ergo conueniunt aduersi gurgite tanto
 Distantes quantum ternis transire diebus
 Eualeat nauis, bimarem sic æquore pontum
 Aspicias similem cornu quod flectitur arcus
 Nero curuati distento dextera neruum
 Asimulat recto trahitur nam linea ductu,
 Extra quam boream quo scandit sola carambit,
 Sed formam cornu geminatis flexibus edit
 Litus, quod pontum cingit sub parte sinistra,

In quan-

794 DIONYSII POEMA

In quam Mœtis penetrans aquilonis ad axes
 Quam Scythicæ gentes circundant undiq; ripis
 Et matrem ponti perhibent Mœotidis undam.
 Scilicet hic ponti uix exit gurgite multo
 Cimmerium torrens per Bosphoron, hic ubi taurum
 Cimmerij gelidas habitant sub finibus unum.
 Hæc maris est species, splendens hæc forma profundi.

Nunc tibi telluris regiones carmine pandam,

Vt cernas animo non uisus lumine terras.

Atq; docens alios lauderis pectore docto.

Incipiens Libyæ tenuisq; à Telhyos undis

Oceanus tyrias qui pulsat gurgite Gadis

Tenditur ad notias partes, & solis ad ortus.

Et mæsis formam reddit messoribus arcis.

Quam tradunt terre non æqua margine cinctam.

Terminat hæc fines rubri prope littora ponti

Latos Aethiopum populos, quos possidet alter,

Quem calidis iuxta terris pascuntur Erembi

Hos pelli similes pardi dixerè priores.

Nang; solum squallens urbes distinguit opacas.

Hac sitis, hac humor latos variatur in agros.

Sed sumمام Libyen habitant ad Telhyos undas

Alcidæ qua sunt statuæ Maurusia plebes.

Post hos immense Nomadum de semine gentes

Atq; Masæsylij necnon Masylia proles,

Salibus hos duris asper, sylvisq; vagantes

Victus alit sœua quæsitus cede ferarum,

Scilicet

DE SI

litteratos ter

salag; boues

gratian nemo

empetendu

nas tyris ce

regans felix

subtiliam no

inier insegu

ctor immen

spurit sicc

ter iystis ur

Stepolim, han

magazulus g

on al funes de

illa populis

de post hos te

hobijamus L

nas Cyrene el

aynylee pe

marite post h

big super sun

trato post hos

habitant iux

superat cund

pro qui nos illa

big forget rad

causas extre

Scilicet ignaros terras proscindere aratris
 Agricolæq; boues plaustris domitare sonoris,
 Nanq; errant nemorum per dumos more ferarum,
 Quos propè tenduntur fines Carthaginis aliae,
 Perpetuas tyrijs celebrat quæ condita laudes.
 Qua regnans felix Dido per secula uiuit,
 Atq; pudicitiam non perdit carmine ficto:
 Hanc minor insequitur Syrtis, maiorq; secunda
 Qua tumor immensus Tyrrheni pellitur aestus,
 Accessuq; surit siccisq; receptus arenis.
 Ast inter Syriteis urbs est, quam nomine dicunt
 Esse Neapolim, hanc supra iustissima fertur
 Hospiis gaudens gens degere Lotophagorum:
 Hos licet ad fines desertas cernere terras
 Extinctis populis Nasamonum Marte Latino
 Asbytæ post hos terrarum rura tenentes
 In medio summus Libycis & gentibus Hammon
 Necnon Cyrene clarorum mater equorum
 Vrbis Amyclæ proles quam condidit olim.
 Marmaride, post hos Ægyptia flumina uertunt
 Getuliq; super sunt, uiciniq; Nigretes,
 Continuò post hos sequitur æquator tellus:
 Hanc habitant iuxta Garamantes dñe clari
 Quæ superat cunctas urbs miro munere fontis,
 Frigore qui noctis feruet calefactus & umbris,
 At solis friget radis glacialis, & igni.
 Omnibus extrema populis clauduntur in ora

Aethiopes,

Aethiopēs, Libyes ubi finit littore cerne
 Oceanum nimio, quæ pulsat sole calentem.
 Nec longē feruent Blemiorum collibus agri
 Hinc fluij pinguis descendunt flumina Nili
 Partibus à Libycis, qui currēns solus ad ortus
 Siris ab aethiopum populus cognomine fertur.
 Versum cultores Nilum dixere Syenes,
 Hinc Boreæ currēns ad partes flumine pingui
 Fertilis Aegypti terras fecundat opinas,
 Septenoq; fertit pell. eum gurgite ponum,
 Non aliis tantum fluiorum ditat arenas.
 Atq; trahens limum complectitur ubere campos,
 Hic latis Libyen Astie disferminat oris,
 Hec ortus cernit, uidet austros illa calenteis.
 Hunc habitant iuxta sapientum corda uirorum
 Disposuere uias qui uitæ mente potenti,
 Et primi dederant sulcos & semina terris,
 Obliquos solis tractantes pedore cursus,
 Horum telluris fines nunc carmine dicam
 Et formam, celebrat quam gloria magna per orbem.
 Hec igitur latius diffusa patescit in aruis
 Fertilis, & superans alias pinguedine glebae,
 Marginibus laterum formatur, at undiq; ternis
 Lata quidem boreæ sub littore tendunt oris,
 Ast ortus angusta petit sumamq; Syenem,
 Quam celsi medium montes utrimq; coērent,
 Irrugui per quam descendant flumina Nili,

Hans

Hanc habitant homines multi pariterq; opulentii,
 Qui ueteris clar. eis colunt sub moenia Thebes,
 Quam perhibent centum portas habuisse priores,
 Filius aurorae Memnon qua regna tenebat.
 Hic sunt et septem medijs in finibus urbes,
 Quas celebrat totum discurrens fama per orbem:
 Et quicunq; maris uiuunt prope littora uasta.
 Qua lacus est ingens liquidæ Serbonidos undæ,
 Ad cuius zephyrum Macedum sunt moenia regis.
 Et Pharos idothees scopuli pallenidis alti:
 Post urbs sub casio Pelusi uergit ad ortus.
 Nauigis populus duris quam possidet aptus
 Non tamen est Libyes ponendus finibus iste,
 Scilicet eoas Nili qui continet oras,
 Nili, quem circum floret mirabilis arbor
 Extinguitq; stim pomo, cui nomen Adipso.
 Haec facies Libyes, hic claudit terminus illam.
 Sunt tamen hic aliæ gentes, qua littore summo
 Tethyos aut medijs habitant telluris in ariis,
 Et gratas circum ripas Tritonidis undæ.
 Hic lapis heliotropius est, qui nomine uero
 Dicitur, inuertit radios nam solis in unda,
 Siquis eum fusa labris immerget ahenis,
 Sanguinei q; rubens resplendit luce coloris,
 Purior at soli renitet nudatus ab undis.

Si placet Europeos quoq; me nunc dicere formam
 Haud taceam, similis Libye est, sed uergit ad artos

1 i Finibus

Finibus & pariter distentis pergit ad ortus.
 Linea namq; Asia similis disiungit utranq;
 Hec notias spectat, partes aquilonis at illa,
 Ast ambas unam si terras esse putemus
 Asinuulent conum laterum compagibus & equis,
 Cuius ad occasus est summum, lata sub ortu.
 Sic Europa tibi facili dignoscitur arte.
 Ad cuius summum prope metas Herculis alti,
 Magnim& gentes dederat queis nomen Iberus
 Ad spatiuum multum terrarum rura colentes
 Oceanum boreo contingunt frigore durum:
 Scrutaturq; decus pulchrum sapientibus auri.
 Quos tamen haud maculat praesens, nec deicxit absens
 Qua sunt Germani bellaces, atq; Britani.
 Salibus Hercynijs Germania subiacet atrox.
 Haec tergo similis taurino, dicitur esse.
 Et pascit uolucres, mirum, fulgentibus alis,
 Quis ducibus noctu cernuntur flexa uiarum,
 Pyrrhenes sequitur mons, post hunc est celtica tellus
 Eridani fontis contingens rauca fluenta.
 Hic Phaeibonta suum char& luxere sorores,
 Hic electra legunt alnis stillantia Celte
 Succina quae memorant mellis uiniue colore,
 Quae paleas rapiunt tractu, frondesq; caducas.
 Post hos Tyrrheni, quos iuxta solis ab ortu
 Incipiunt alpes, quibus exit gurgite uasto
 Oceani rumpens glacialis littora Rhenus:

Hunc

DE SIT V ORBIS.

799

Hunc propè consurgit fons Istri flumine longo
 Qui poscens ortum, Euxini percurrit in undas
 Irrigat peucen amplexus gurgite quino,
 Cuus in arctoas est partes barbara tellus
 Innumeras gentes gremio complexa reducto.
 Cui finem faciunt Mæotidis hostia uastæ.
 Hinc sunt germaniq; truces, & Sarmata bellax
 At quod Getæ, necnon Basternae semina genit
 Dacorumq; manus, & marita pectora Alani.
 Atq; Apodus tauri retinentes fortis Achilli.
 Augustum & longum mæotidis hostia iuxta.
 Hos equites supra celeres funduntur Alani.
 Atq; melanchlænum populus metuendus in arcu.
 Post Hippemolgi sunt, Hippopodesq; potentes,
 Atq; Gelonus cum Neuris, pictiq; Agathyrsi.
 Hic ubi descendit porrecta Borysthenis unda
 Euxinumq; subit lepis propè tracta uirator,
 Eregione iacet locus hic Symplegados arctæ:
 Hic sunt Aldesci quoq; Panticapiq; fluenta,
 Diuidui currunt Rhiphæis montibus ambo,
 Immiscunt qua se ponti glacialibus undis.
 Nascitur electrum præfulgens luce nitenti
 Mensa solet primo qualis splendescere luna
 Hos adamanta legunt iuxta algentes Agathyrsi,
 Tot dirimit gentes Aquilonis partibus Ister.
 Huius ad australes terras, gerraq; feroce,
 Noriciq; colunt, bellaces Pannonijq;

I i - 2

Et Mæst

Et Mœsi Thracum boreis in finibus orti,
 In quorum terris quas ponti perfluit unda
 Ignipotens oleo commiso gignitur herba
 Medica cui nomen cuius compescere flamas
 Si quas aqua cupiat, plus ignem pascit in illa.
 Pulueris hunc iactus potis est extingueare solus.
 Thraces arant post hos latissima rura tenentes,
 Quæ torrens stringit finitq; Propontidis unda,
 Atq; Helleponsi fauces ægeus, & altus
 Nascitur hic scopulus pallenes gemina resulgens
 Asterium perhibent, stellis certare putatur.
 Et flammæ similis splendenti lumine lychnis.
 Hic ripas Istri porrectas undiq; stringunt.

Europæ reliquas nunc partis aspice ternas
 Phœbeos uergens, quibus eminet illa sub ortus.
 Paima est Hispanum, quæ frangit littora pontum:
 Altera Tyrrhenum qua pulsat molibus æquor:
 Tertia qua Graios circumflua gurgite pascit.
 Sed tamen Oceanum contingit Hiberica tellus
 Occiduum Calpe, qua summam sustinet unam.
 Herculis è stelis, quam supra diues & alta
 Tartessus Cempstq; sedent, qui collibus imis
 Pyrrhenes, ccelum qui tangit uertice summo.
 Ast ambas intra tellus iacet Ausonidarum,
 Limite quam recto medium secat Apenninus,
 Qui mons incipiens boreis ex alpibus altus
 In freta Sicanie porrectas terminat oras,

Nunc

Nunc urbes circum populi, gentesq; frequentant:
Quos breuiter retegam nostro tibi carmine cunctos.
Tyrreni primùm fortis, iuxtaq; Pelasgi
Cylenes quondam propria qui jede relicta
Tyrrenis socias petierunt nauibus arces.
Hos propè sunt omni superantes laude Latini,
Quorum per terram discurrit in æquora Tybris
Ante alios Tybris fluuios præstantior omnes,
Regius irriguo dirimit qui gurgite Roman,
Roman qua genitrix regum dominatur in orbem.
Post hoc pingue solum sequitur Campania diues,
Hic ubi Parthenopes domus est castissima, frugum
Fertilis, hanc pontus proprijs exceperat undis
Ad noton est longè supra sirenda rupem
Peuentis filari gurges spectabile flumen.
Hunc habitant propè Lucani Brutijq; coloni
Ad Leucopetram longissima rura tenentes.
Hinc est ad Borean Zephyri que summa vocatur,
Sub qua sunt Locri celeres, qui tempore prisca
Illuc reginam propriam uenere secuti,
Ausoniāmq; tenent, qua currit flumen Halecis.
Mœnia cernuntur Metaponti, deinde Crotonq;
Quam pulcher gratam præterfluit æsarus urbem,
Ulterius pergens hinc templo lacinia cernens:
Post hæc est Sybaris, perijt que numinis ira
Præponens hominum tumulos coelestibus aris.
Ponere qui prisca ausi certamina soli

li 3 Samnitie

802 DIONYSII POEMA

Samnitis medio complectitur Itala tellus
 In gremio, Marfosq; simul, tunc deinde Tarentum
 Tangitur aequoribus, quod muniuere Lacones.
 Continuo Calabre telluris, rura sequuntur
 Vsq; hyri sumnam se tendit Iapygis ora,
 Qua salis adriaci trahitur uastissimus aestus,
 Atq; sinum penetrans aquileium colligit undas.
 Alta tegestraeon postremae moenia terrae,
 Qua sinus Ionius finitur gurgite lasso,
 Hi sunt Ausoniae populi, gentesq; potentes.
 Flexilis hinc pontus conuertens uergit ad ortus,
 Atq; Liburnorum terras hyllisq; feroceis
 Balimeon pariter prestringens littora currit.
 Et uenit illyrias late porrectus ad arces.
 Quas tollunt montes excelsa Ceraunia summas.
 Cernitur hic tumulus, qui Cadmi dictitur esse
 Harmoniaeq; simul, nang; hic serpentibus illi
 Corpora post tempus longum mutasse feruntur
 In senio: post quam patriam Thebasq; relinquent,
 Hinc illos aliud posuerunt numina monsrum
 Nang; duo tumuli concurrunt peste futura,
 Significat quoties seuisima damna colonis,
 Hec regio fontem mirande concipit undae:
 Quem merito ueteres dixerunt nomine sacrum,
 Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum,
 Accensasq; faces si quis propè duxerit undam,
 Extinguit flamas, recipit sed rursus easdem

Admoueat

Admoueat dextra cùm extintam lampada fonti.
 Sed supra Thracen quaq; Oricon accipit austros
 Principium terræ doclissima Græcia sumit
 Ascenders multum, geminatoq; æquore cincta
 Aegeo, Siculoq; mouent qua flamine uenti
 Diuerso, Siculoni Zephyrus tenet, Eurus ad altum
 Aegeum, sequitur Pelopis post insula lata
 Consimilis folio platani, quod muris acutam
 Aequiparat caudam, cuius iacet Isthmos imago
 Hellados ad boream sibimet confinia iungens,
 Latiор at tellus solium cen flexible circum
 Cingitur æquoribus Zephyrumq; triphyllidis arua
 Excipiunt, per quam descendit flumine pulchro
 Alpheus, qui Messeni discinditur undis
 Eurote, terris ambo nascuntur Ascis.
 Hic tamen Eleos, at diuidit ille Laconas.
 Hic medijs habitant latè telluris in ariuis
 Arcades Apidanæs sub scopulos Erymanthi
 Qua Melas atq; Crathis fluuij qua currit Iaon
 Tenditur atq; uetus, qua longo gurgite Ladon,
 Hic merulos perhibent albos, mirabile dictu,
 Hic nasci linum, qui tacto accensus ab igni
 Extingui nequitur, quem Graij nomine uero
 Memorant, ferri nitet ille colore.
 Iuxta est Argiuum tellus, pariterq; Laconum
 Ortus Argiui uergunt, Lacones ad austros:
 Aequoribus geminis Isthmos pulsatur utring;

Hoc Ephyren contra est Zephyrus, sed uerberat illud
 Eurus in immensum qua mergitur unda profundum
 Nomine, quam Danai dixere Saronida prisca.
 Attica sed tellus post Isthmon solis ad ortum est.
 Hinc Orithyiam Boreas rapuisse puellan
 Traditur. hic illos aquis deuoluit amnis.
 Bæotum sequitur finis, qua dicitur unda
 Esse potestatis diuersa: namq; duobus
 Fluminibus uerit ueruecum lata colorem,
 Hoc fuscat niveas, hoc albat gurgite nigras.
 Locridis inde solum sequitur regtonis, & ora
 Thessalit & tellus Macedonum cum montibus altis,
 Sub cuius scopulos tangentes uertice cœlum
 Speluncæ ueteris seruant insignia clavis,
 Finibus in medijs terrarum nang; uidentur
 Ostrea muricibus siccata latentibus esse,
 Diluuium latebras dederat quod piscibus illas.
 Concipit, & parit hic naturæ munere gemmam,
 Quam peanitem perhibent: prægnantibus ista
 Auxilium confert facilis reuelamine partus.
 Cernitur hinc niveas attollens uertice rupes
 Aemus threicius, quem contra tenditur agris
 Ad zephyrum regio Dodones lata feracis,
 Ad cuius notias partes sub rupe Aracynthi
 Aetole gentis sunt belli laude potentis
 Campi, quos medios acheloia perfecat unda,
 Et mare tritacrium perrumpit echinadas intra

Regna

DE SITV ORBIS. 809

Regna Cephallenæ propè sunt sapientis Vlyssi.
 Ista Galacten ripis ostendit in altis
 Vberibus prodest, necnon infantibus idem,
 Et si quis terat hunc, albescit latte liquefens.
 Hunc fluuium iuxta præclaros solis ad ortus
 Phocis ad arctos uentos extenditur imbens,
 Donec contingat calida hostia Thermopylarum
 Sub iuga Parnasi cephisos gargite magno
 Quam medianam dirimit descendens murmure uasto,
 Qua templum Phœbi memorabile, Delphicas edes.
 Nunc magno nobis sunt insulæ ore canende,
 Quas homines toto dispersas æquore cernunt.
 Est igitur ponto tellus circumflua prima
 Cui nomen Gadis, stelas hæc Herculis inter
 A Tyrijs colitur Cotinusa uocata uetus sis.
 Continuoq; iacent gymnasie, has baleares
 Romani memorant, hinc frangitur æquore Ebusos
 Sardinie, postquam pelago circumflua tellus
 Fontibus è liquidis præbet miracula mundo,
 Quot sanant ægros, pandunt dannantq; nefando
 Periueros furto, quos taclo flumine cæcant.
 Post quam non longè cernuntur littora Cyrni,
 Corsida quam pariter geminato nomine dicunt,
 Hanc solam perhibent catochiten gignere terram,
 Corporibus lapis hic ceu glutine teclus adhæret.
 Nulla tamen telius latissima robora silue
 Sic habili generat, dehinc rupes æolidarum,

ii 5 Quas

Quas septem numero peribent cognomine Plotas
 Quippe uiam ratibus pelago dant undiq; uasto
 Trimacriæ post hos moles distenditur ampla
 Cardinibus ternis, laterum quam terminat actus
 Procurrens Pachino longè castrisq; Pelori
 Exterrensq; rates Lilyb ei cautibus aspris
 Eminet ad zephyrum Lilybe Pachinusq; sub ortum
 Aspicit Aesoniam, boreæq; pelorus ad axes,
 Qua mare uix superant haud e quin mille periclis
 Angustum rapido quod frangit gurgite saxa.
 Traditur hic pelagi diruptas uiribus olim
 Excepisse fretum terras cogente ruina.
 Plurima sunt istuc totum memoranda per orbem.
 Diana fons est, camerina giguitur unda,
 Quem si quis manibus non castis hauserit unquam,
 Letifco tristis non miscet pocula baccho.
 Hec eadem montem mirandam sustinet Aetnam,
 Vertice qui summo rigida niue temperat ignem,
 Nec superant flammæ frigus, nec frigora flamas.
 At salis hic Acragis miracula possidet unus,
 Naturas in quo proprias mutare uidetur
 Ignis & unda, salem nang; illum soluere flammæ,
 Vnde solet crepitus illi coniuncta mouere.
 Hic & Halesinus fons est mitissimus undis,
 Tibia quem extollit cantu saltare putatur
 Musicus & ripis letans excurrere plenis.
 Cernitur egregius lapis hic, cui nomen achates

Hoc

DE SITV ORBI'S.

807

Hoc dederat fluuius, cuius generatur ad undas
 Hanc simulacra uides uenis ostendere gemmam.
 Aequoris ad Siculi, quod uafis funditur undis
 Ad noton est pontus Libye, Sirtisq; uadofa
 Maior, at ulterius si pergas, cerne minorem
 Occiduam iuxta quam Meninx insula fulget.
 Et Cercina simul Libyca statione patentes
 Adrii quas penetrat, uenias si parte sinistra,
 Atq; legas calabrum littus, tunc insula magni
 Ostendit sese Diomedis nomine dicta,
 Qyo profugus quondam uictor concesserat ille
 Coniugis incestae per fraudes Regialiae.
 Ionium pergens absyrtidas aequor ad ortus
 Circuit, has olim Colchi tenuere furoces.
 Laſi dum fruſtra Medex farta ſequuntur.
 Continuo post hanc Liburnidas aspicis altas.
 Ad notias partes, hinc ſea ceraunia nauis.
 Insulae ambracie contrà cernuntur in alto.
 Et Corcyra potens, Ithaces atq; aspera tellus,
 Et quas obliuat riuis Acheloios amnis.
 Flumine torrenti p̄celsam Chalcida linquens,
 Sed multæ Amnisi Boreæ ſub parte uidentur
 Agilaus inde Cythera, Calabria dura colonis
 Ad notias uergit, ſed Carpathus, hanc propé Crete
 Pinguis, ex umbrosis extendens collibus idan
 Ante ortus ſolis perhibent quam fulgere sole.
 Gignitur hic alimos, quam ſi quis mordeat herbam,

Compeſit

808 DIONYSII POEMA

Compescit damnumq; famis, rabiemq; diurnam.
 At Rhodos Aegyptum contra iacet insula diues,
 Nubila quam nunquam uerterunt lumina solis,
 Nam purus cara potitur telluris ad ortus.
 Posthac sunt terne citra Patateide summa,
 Fama Chelidoniis celebrat, quas nomine terras
 Suniados contra qua summum rupis. Abantas
 Supra sunt Salamis, necnon Aegina. Sed ortus
 Cernentem Cyprum pontus Pamphylius ambit.
 Nec procul est Arados Phoenices aequore cincta.
 Aegaei uero diuersis partibus alti.
 Ad fauces arctas multæ sunt Sestos, Abydos
 Confines Asiae dextra, Europesq; sinistra.
 Ad Boream que se pertendunt ordine longo
 Europe macris contingit abantias oram,
 Et ceisan Scyrus Peparethus, sacraq; Lemnos.
 Fertilis, atq; Thasos, simul Imbros post Corybantium
 Mœnibus antiquis Samothracia cernitur alta.
 Ast Asiae partem, qua tangunt aequore primam,
 Delon circundent, has dicunt Cycladas esse,
 Continuo Sporadas, ceu stellas aspicis almas,
 Ionidasq; simul, quas inter Caunus et alte
 Sunt Samus, atq; chius celebrate nomine claro.
 Aeolicæ post, et Lesbus Tenedusq; sequuntur.
 Et sinus inde Melas Helles prorumpit in aequor.
 Panditur hinc pelagus, tumidaq; Propontide feruet
 Ad Boream, saxisq; uiget Proconnesus in illa

Est

Et etiam leuis Euxini in partibus una
Quam rorundū perhibent aduersa Boristhenis annis.
Pascit aues quoniam multas candore nivali.
Hic animas perhibent heroum laude potentes
Degere securas virtutis munere pulchro.
Cimmerium recta, sed si quis borophoron ibit,
Cernitur hinc dextra usque Maeotidis unda,
Insula mole grauis trans alopecia lata
Postquam Phanagorem, Hermonassamq; nepotes
Egregie quandam coluerunt gentis Iouum.
Insula he celebres pelagi sunt nomine claro.
Ast aliās refluum circumdant tethyos aequor,
Quarum demonstrem positum regionis ad oras.
Tethyopes habitant erythian pectore iusti
Atlantem iusta longe scilicet illos
Mangabis Græci dixerunt finibus olim,
Venit Hyperboreis que gens post fata perempti
Geryonis, domuit quem virtus Herculis ingens.
Sed summam contra sacrum cognomine, dicunt
Quam caput Europe sunt stanni pondere plenæ
Hesperides, populus tenuit quas fortis Iberi.
Ast aliae Oceani iuxta boreidas actas
Sunt geminæ rheniq; britanides hostia cernunt.
Hic etenim lasso perrumpit tethya cursu.
Hastamen hand habeat spatio superare per orbem
Insula perfulget nigro splendore gagates,
Hic lapis ardescens austri perfusus aquarum,

Ast oleo

810 DIONYSII POEMA

Ast oleo perdens flamas, mirabile uisu,
 Auritus rapit hic teneras ceu succina frondes.
 Nefiadum spatio nec distant littora longo,
 In quibus uxores amnitum bacchica sacra
 Concelebrant, hederæ folijs, testæq; corymbis.
 Non sic Bistonides absinthi ad flumina Thraces
 Exertis celebrant clamoribus ægriponu,
 Non sic prærupto, qua currit gurgite Ganges,
 Indi solenneis epulas peragunt Dionysio.
 Oceani tranans hic nauibus æquor apertum
 Ad Thulen uenies, qua nocte dieq; relucet
 Titanis radijs, cum curru scandit ad axes
 Signiferi Boreas succendens lampade partes,
 At nauem pelago spectanti aquilonis ab oris
 Ad solem calido referentem lumen ab ortu
 Aurea spectetur tibi pinguis insula glebis.
 Hinc tepidos proran conuertens nauis ad austros
 Taprobanem ueniet, generat que magna elephantes.
 Per fines Afie, iacet hæc sub sydere cancri,
 Litoribus cuius saliunt densissima cete,
 Quæ pascit uastum mare rubrum montibus æqua
 Tenditur horribilis, quorum per terga, per armos
 Spina ferens cladem, fatumq; sub ore feroci,
 Quippe solent pariter nauem sorbere, uirosq;
 Nam mala tam pelagus quam terra merentibus offert.
 Ulterius pergas si post Carmanida summan
 Ogrys occurrat, qua dicitur esse sepulchrum

Regis

DE SITV ORBIS.

513

Regis Erythr ei, dederat qui nomina ponto.
 Persicus inde sinus penetratur, & Icaron offert
 Insula, que fertur nimium placare Dianam.
 Tot sunt ingentes quas cingit Tethyos unda
 Insulae, ast aliae diversis partibus orbis,
 Dispersae plures, fama latuere minores,
 Auris difficiles nautis nel portubus aptae,
 Quarum non facile est mihi promere nomina uersia.

Ast Asiae fines amborum linea monstrat
 Et formam contra positarum in imagine coni.
 Paulatim trahitur tamen haec orientis ad oras
 Oceanus stellas Bacchi qua tangere fertur
 Finibus Indorum postremus gurgite torrens,
 Qua Ganges liquido Nysseos irrigat agros:
 Non tantum est spatio similis telluris aperta,
 Scilicet ambabus penetralibus unus in illis
 Finditur Oceani sinus, & disternat ambas:
 Ast Asiae gremio triplex mare confluit undis
 Hircanum pariter, Persum simul, atq; Sabeum
 Haec noton, ad boreos hyrcanum uergit ad axes.
 Gurgitis Euxini uicinum multa uirorum
 Milia quod circum degunt per littora ponti.
 Amborum medius campis discernitur Isthmos.
 Ast Asiam qui mons excelsus diuidit omnem
 Incipit a medijs terrae Pamphylidis oris,
 Et longis sepe spatijs producit ad Indos,
 Nunc obliqua means, nunc recto limite currens

Vertice,

Vertice, quem toruo perhibent cognomine taurum.
 Cornua nam summis scopulis imitatur acutis,
 Multifidusq; suos hue colles spargit, et illue.
 Ex hoc in numeri descendunt fontibus amnes
 In partes Euri, Zephyri, Boreæq; uel Austri.
 Quis memorare queat fluviorum nomina cuncta?
 Non tamen est unum montis cognomen ubiq;:
 Sed uarij flexus uariantur nomine multo.
 Singula sed proprijs sunt nomina nota colonis.
 Nunc igitur gentes illum populosq; tenenteis
 Qui celebres memorem, sed felix numen adesto
 Meotæ primi tangunt Meotidis undas,
 Sauromateq; truces gens aspera Martis in armis,
 Sanguis Amazonidum fortis, quos protulit olim.
 Sauromatis mixta, quæ Thermoonte relicto
 Ingentes genuere uiros, belloq; potenteis,
 Innumeræ habitant qui sylvas gurgite uasto,
 Inter quas Tanais Meotidis intima pulsat,
 Europen fluvio dirimens Asiamq; reflexo.
 Europen Zephyro, Asiam sub partibus ortus
 Caucasis exit cuius fons montibus altis
 Murmure cum uasto Scythia per plana refusus:
 Hunc tamen immenso torrentem flumine uertit
 In glaciem Boreas horrendo flamine securus.
 Heu miseros homines, habitant qui finibus illis
 Aëre damnati tristi, nimioq; rigore,
 Quo pereunt pecudes pariter, populiq; uirorum,

Ni prope

Ni properē linquant sua rura furentibus Euris.
 Hi Tanaim habitant fluum prop̄e Sauromatarum,
 Cui sunt uicini Sindī quoq; Cimmerijq;
 Post hos Cercetij, iuxta quos Axenus altis
 Fluctuat æquoribus, necnon Oretæq; feroceſ,
 Et qui Troiana post prælia gentis Achæi
 Ascalpi regis, uictoria ſigna ſequentes
 Diſpulſi uentis iſtas uenere ſub oras.
 Post hos Eniochi, genuit quos Græcia tellus,
 Et Zygi iuxta uiuunt regione ſub una.
 Intima ſed ponti poſt fines Tyndaridarum
 Egypcio miſi Colchi tenuere coloni,
 Caucasij montis prop̄e collem, et Caspia ponti
 Littora, qua celeres descendunt Phasidos undæ
 Circæosq; ſecant campos, atq; æquora ponti,
 Nascitur Armenij fluuius, qui uertice montis,
 Ad cuius partes Boreas et ſolis ad ortus
 Euximum dirimens, et Caspia littora late
 Diffusus ſpatium per longum panditur Iſthmos,
 Quem iuxta terras habitant orientis Iberes,
 Pyrrhenes quondam, celo qui monte relicto
 Huc aduenerunt Horcanis bella ferentes.
 Hic Camaritarum gens eſt charifima Baccho,
 Fluſtibus hanc propter perſeuuit Caspius etius,
 Undiq; quem tereti concludit margin'e tellus.
 Sed mare non ualeat tribus illud mensibus ulla
 Scilicet immensum nauis tranſire profundo.

Kk

Non

Non tamen excuit pars una sub axibus æquor,
 Quæ tractim refugæ miscetur Tethyos undæ.
 Multa quidem generat uiuis miracula rerum,
 Gignit enim egregiam crystalli pondere gemmam:
 Atq; malos lemures quo dedit munus laßpis,
 Nocturni manes fugitant, quem membra tuentem.
 Hoc igitur pelagus, que gentes undiq; cingunt
 Incipiens numerem primus Aquilonis ab oris,
 Que uergunt Zephyro, quas Caspia littora claudunt.
 Primi sunt Scythia populi Saturnia iuxta
 Aquora uiuentes, Hyrcaniq; ostia ponti,
 Quos supra Grypes ditissima rura smarago,
 Qualem non aliis terrarum possidet orbis,
 Atq; aurum sibimet defendunt pondere puro,
 Omnia sed duri superans audacia lucri,
 Aduersus uolucres heu commouet arma uirorum,
 Praelia nam faciunt Arimaspi grypibus hostes,
 Hic & crystalli perlucet maxima moles.
 Hinc unus sequitur post fortis Caspia proles,
 Hinc sunt Albani bellaces marte firoci,
 Vnde canes nati superant genus omne ferarum,
 Magnus Alexander missum sibi uiderat inde
 Victorem Barriq; canem, rabidiq; leonis.
 Post hos calcantes durissima rura Cadusi,
 Et prope sunt Mardi, sequiturq; Hyrcania plebes.
 Hinc Apyri, per quos Mardus deuoluitur amnis.
 Dercebius bibit hunc præter Baetrusq; fluentem,

Per quos

DE SITV ORBIS.

813

ab exitu eorum
 Tellus uita.
 in aula tenet,
 a pondere genit
 a manus leuis
 a membra tenuia
 a undis, engorg
 puluosa dura.
 Caspia littoralis
 iuxta iusta
 sita post,
 rura frangit
 osfides orbis,
 ponderat per
 etia lucis,
 uer armis armis
 typhibus bofis
 ma molas.
 Caspia proles,
 de froci,
 omne frumenta
 in uiderat nesci
 lig. leonis.
 uera Calathos
 Hyrcanum
 in uoluntate
 affrui, fuisse
 p. 1

Per quos Hyrcanum currens descendit in æquor.
 Sed Bactri medijs habitant telluris in aruis
 Parnessum late prope montem rura tenentes.
 Dercebi uero sub Caspia litora uergunt.
 Post hos Massagetæ, trans flumen Araxis ad ortum
 Hostiibus seu cunctis, belloq; seroces
 Non Bacchi donum, Cereris nec munera norunt:
 Sed lac commixtum potant cum sanguine equino.
 Hos iuxta Boream uergit Chorasmia prôles
 Sugdias hanc sequitur, rapidus quam diuidit Oxus
 Emodum montem, qui linquens Caspida rumpit.
 Inde Sacæ nimium certis gens dura sagittis
 Flumen Taxartem iuxta, quibus arua coluntur.
 Et Tochari, Phuriq;, et plurima milia Serum:
 Illis nulla boum, pecoris nec pascua curæ,
 Vestibus utuntur: texunt quas floribus ipsi,
 Quos tenuant lectos discretis finibus ipsi.
 Ast alia Scythæ gens est externa per arua,
 Quos propè sunt tristes uentis, & frigore terræ:
 Nangis niues semper pulsant has grandine mixtae:
 Caspius his populus lustratur pontus & oris.
 Aspice post Colchos nunc, & post Phasidis undas
 Occasum uersus populos in littore ponti.
 Euxini, damus hos usq; ad Chalcedonis ora,
 Bosphorus angustat scopulis que Trachius urgens.
 Byzares primi quos iuxta terra Bechirum.
 Macrones, post hos pariter, phyliresq; sequuntur.

K k 2 Mossynicq;

Mossyniq; domos præbent quis lignea tecta.
Turribus arboreis habitantes unde vocantur.
Hunc pecorum est diues nimirum gens Tibarenum.
Hanc propè sunt Chalybes durißima rura colentes,
Quos labor exercet saeuus, ferriq; metalla.
Vicmos istis campos, terramq; patentem
Assyrii compleunt populi, qua gurgite usculo
Inter Amazonidas Thermodon martius annis
Armenium linquens montem descendit in æquor.
Huc quondam Asopi deuenit alumna Synope,
Ex qua cognomen coeperunt mœnia clara.
Illius fluuij rigidas prope frigore ripas
Inuenies lapidem crystalli pondere puro
Consimilemq; gelu, necnon splendore nitenti
Gemma micans illic perlucet iaspidis albae.
ris continuo liquidus percurrit in æquor.
Pòs Halys est fluuius Boreæ qui currit in ortus,
Atq; Carambidis irrumpt prope littora pontum,
Armenijs primas qui montibus accipit undas.
Paphlagones post hos, Mariandyniq; sequuntur
Bithyniq; uiri pinguisima rura colentes,
Qua Rhebas pulcher gratissima flumina uoluit,
Rhebas qui rapidi decurrat ad ostia ponti.
Nam prius exposita Scythie sunt semina gentis.
Nunc Asia regio contingens littora nobis
Dicatur, partes calidas decurrat ad austri,
Atq; Hellefponsum transit, Syriae q; recessus

Poscit

Poscit & Arabiam, quæ florent ubere terræ.

Sunt Chalcedonij primi post ostia ponti

Moenia Byzanii qui cernunt optima contra

Romanisq; pie regnis dominantia mundo.

Bebrycij post hos, & Mygia montibus alta,

Quia eius egregia decurrens murmurat unda,

Quia nymphas comitem perhibent rapuisse potentis

Alcidæ puerum tristissima fata gementis.

Hinc Helleponum pertenditur angulus ingens

Qua breuior Phrygia pars est, nam latior intus

Sangarij ripis fluuij uicina rapacis,

Tenditur hæc potius Titanis pinguis ad ortus,

Altera ad occasus altæ sub montibus Idæ,

Altera quæ cecidit præclaro nomine terra,

Ad Xanthi liquidas necnon Simoëntis ad undas,

Post hæc Aeolæ tellus prætenditur oræ,

Fluctibus Aegei primis quæ tunditur alti.

Inde tenet terras pelagus prope sanguis Ionum,

Per quas Maeander pinguis descendit in æquor

Inter Miletum currens, latamq; Priennem.

Ad latus istorum boreum sunt moenia clara

Vrbs Ephesus, claudit quam grato littore pontus.

Post has Maeonia tellus, quæ uergit ad ortus,

Et Tmolii colles, fluuius quibus aurifer exit

Pactolus, cuius prope ripas tempore uerno

Si sedeas, dulci capiaris pectora cantu

Cygnorum, pascunt quos herbæ flumine circum.

Nam florent Asie per campos plurima prata,
 Sed magis ad fluuium Mæandri gurgite miti,
 Quem iuxta uoluens se, murmurat unda Caystri.
 Post hos sunt Lycij, quos Xanthus diuidit amnis,
 Ad mare uergentes, qui tauri cornua cernunt,
 Vsq; ad Pamphylios perhibent quem nomine Cragus
 Ille aspicies Appendix, moenia cuius
 Eurymedon amnis radit uicina profundo.
 Continuoq; iacent aliæ Pamphylides urbes
 Corycus Pergeq; calens, & celsa Phaselis.
 Hos supra medijs habitant telluris in aruis
 Ad partes ortus, gens dura Lycaonis armis.
 Post hos Pisidum pinguisima rura coluntur
 Termessus, Lybre necnon, clarissima Selge
 Gentis amyclæ & pulcherrima moenia quondam
 Hinc sinus est longus Cilicum, qui uerget ad ortus
 Euxini penetrans uicinas & equoris oras.
 Hunc Asie perhibent angustis partibus esse,
 Cui tamen immenso fluuij se gurgite miscet
 Per longum pyramus spacium pinarumq; uoluti
 Flexilis & Cydnus, dirimitq; flumine Tarson.
 Cui posuit nomen audacia Bellerophonis
 Quando Medusæum ualuit frenare caballum
 Atq; in equo uolucri per sublimem æra ferri,
 Hinc Asie Cilicum sunt celsis moenibus orbes
 Lyrnæsus Malosq; simul uicina profundo,
 Atq; Soli medio terrarum fine locati:

Commagena

I POEMA
plorina pte,
i gurgite mni.
ar unda Cysj.
lous dñit omis
orma cernit,
quem non inq
cuius
profunda,
lides arbo
a Phœn.
ris in aris
onis arm.
ura colatur
luna Selig
centia quoniam
i vergi decora
is ora.
eribus eff.
gite mfect
marus qdali
rime Tarso.
ephontis
re caballum
in aera ferri
muthas certa
profundo,
at

DE SITV ORBIS. 819

Commagena dehinc regio, Syriae q; sequuntur
Urbes dispositæ per longi litora flexus.
Nam Casii montis, qua prominet ora per æquor
Vergit in occasus diffusis tractibus unda.
Nunc aliquas Asie partes tibi carmine pandam;
Quadrati lateris qua clauditur undiq; forma,
Et spatijs campos longis protendit in ortum:
Scis etenim memorasse tibi, quod collibus altis,
Per totam medijs mons ingens tenditur actu,
Quod fines Asie nigros producit ad Indos
Hoc esto laterum Boreum tibi, Nilus ad oras
Hesperies finit, sed Tethys solis ab ortu
Indica concludit, rubrum mare terminat austrum.
Aspice nunc igitur, dum finem ueribus ortus
Peruenio, retegeus tibi ueris omnia rebus.
Incipiens Syria terris, qua parte reliquit,
Que pelagus supra sub solem uergit ad austros,
Urbibus & multis habitatur nomine prisco.
Que causa uulgatur, quam loquulo nomine Greco
Dixerunt ueteres, media est que collibus altis:
Ast humilem Libanus claudit protensus in ortum
Occasumq; petens Casius, multisq; uirorum
Incolitur populis locupletibus alma diremptis.
Nang; alij medijs habitant telluris in aruis.
Hos Syrios propriè perhibent, sed litora iuxta
Phœnices uiuunt ueteri cognomine dicti,
Quos misit quondam mare Rubrum laudibus auctos

Kk 4 Chaldeo

Chaldeo nimium decoratam sanguine gentem,
 Arcanisq; dei celebratam legibus unam,
 Quod pelagus primi tentantes nauibus altis
 Disunctas gentes docuerunt iungere mercem:
 Et primi stellis numeros, nomenq; dedere,
 Atq; oculis mirum uoces sentire figuris,
 Hi muros Iopes, Gazamq;, & Elaida complent,
 Antiquamq; Tyrum, Beryti & moenia gratae,
 Vicinamq; mari Byblim, Sidonaq; pulchram,
 Quam iuxta liquido Bostrenus gurgite currit,
 Et pinguem Tripolim, necnon Orthosida, sacra
 Laodice pariter, positam prope littus amoenum
 Et Posidi turres, & Daphnes optima Tempe:
 Hic etiam Antiochus nomen dedit Antiochae.
 Terrarum medijs Apamea moenia clarae.
 Ad cuius partes Eoas currit Orontes:
 Antiochi medius dirimit qui gurgite regna,
 Hec omnis pinguis tellus est ubere leta,
 Arboribus pariter, pecoriq;, & commoda iuit,
 Ad cuius fines ueniens, quos terminat Auster
 Arrabij cernes extremi littora ponti,
 Qui Syriam medius disternit Arabiamq;,
 Et tangit uergens orientem uersus Elanos.
 Dives Arabs, post quos latissima possidet arua,
 Quæ protenta diu cinguntur ab æquore Perso
 Arrabioq; ferit Zephyrus quod flammea sceno:
 Persicam status Aoi littora turbant

Ora,

Ora, sed haec austro tendit subiecta per ortus
 Fluctibus oceani pulsatur & undiq; Rubri.
 Hanc quoq; describam tenui ratione recensens,
 Pascere nam populos felices diuite terra
 Floribus & uarijs miracula præbet odoris.
 Nang; Thyo Myrrhaq; uiget cum thuris odore,
 Et casta, necnon & cannæ dulcis odore.
 Cinnama præterea iocundæ naribus aure
 Fertilis haec generat tellus, auriq; metalla,
 Vestibus auratis quare gens utitur illa.
 His pueros seruans molochites splendet arenis,
 Androdamasq; lapis compescens pectoris iras.
 Sed Libani montis sunt post declivia primi
 Felices opibus Nabataei nomine dicti.
 Chalbasij post hos atq; Agrees, inde propinquat
 Chatramis, atq; Sacæ, contra sunt Persidis æquor
 Minneiq; maris prope Rubri littora uiuunt.
 Atq; Sabæ post hos, necnon habitant Cletabeni
 Arabia populi celebres hi nomine claro.
 Sunt tamen & plures alij, nam maxima tellus.
 Trans istam zephyri sub partes degit Erembum
 Speluncis genus infelix & rebus egenum,
 Qui solis radijs nigrescunt corpus adusti,
 Disparsiq; dolent lustrantes more ferarum.
 Non Arabis similes o pulentis, scilicet æqua
 Omnibus esse potest nunquam fortuna bonorum.
 Post Libani montis populi sunt solis ad ortus

K k 5 Alterius

Alterius Syrie, quæ tendit ad usq; Synopen,
 Cappadoces medijs habitant in finibus huius
 Terminus Aßyrios, sed claudit ponticus ille
 Thermodoon, pelagi qua pulsat gurgite fluctus,
 Cuius ab Eo decurrit limite uastis
 Viribus Euphrates descendens montibus aspis
 Armeniae, longusq; noton pertendit, & inde
 Ad solem flexus Babylonis diuidit urbem,
 Littora deinde ruens perrumpit Persidis undas
 Extrema fluuij sub parte Teredona radens,
 Huius ad auroram ripis deuoluitur altis
 Tigris, aqua superant quem flumina nulla rapaci:
 Sed tantum superat, quantum uix septimus ortus
 Conficiat pedibus spatij properantibus ire.
 Atq; lacum medius Thonites intrat & exit,
 Nec uiolatur aqua, quamuis penetrabilis illa,
 Ocyor, atq; uadis emergens cedit amaris.
 Hoc tamen omne solum fluuius quod cingit uterq;
 Indigenæ populi pro re dixeré Medannem,
 Quod medias amnes has terras flumine cingunt
 Agricolis pariter pastoribus, atq; feracem
 Vbere: nam lato florenti semina cuncta
 Herbarumq; thoris, & grama lata uirescunt:
 Et uarijs rami complentur fructibus alti,
 Gens quoq; præfulget claris in laudibus illa,
 Nam peperit multos celsa uirtute potentes
 Atq; adeò similes, Dijs immortalibus illos,

Quam



Quam iuxta Armenij properant Aquilonis ad axes
Et fortis prope quos scuit maiores Matieni,
Quos prope concludunt Euphratem collibus altis,
Montes diuinijs pariter, belloq; potentes,
Ad partes austro Babylon, quam moenibus olim
Mirandis posuit firmisq; Semiramis urbem,
Cuius in arce domum splendentem fecerat auro:
Quam simul argentum uarie decorauit eburq;
Hoc quoq; pingue solum palmarum diuite sylua.
Quod fert berylli munus pretiosius auro,
Berylli lapidem liquidum, glauciq; coloris,
Per loca que prorsus penetrant Ophiictida petram,
At supra Babylon auides Aquilonis ad oras
Cifos Messabatasq; Chalonatasq; feroceis.
Armenios montes si linquens ibi ad ortus
Medica noscetur tibi tellus, cuius ad axes
Geri sunt Mardiq; uiri, simul Atropateni
Ad noton inde habitant Medorum rura tenentes.
Medea hinc fugiens dederat cognomina terræ,
Hinc Medi uarios usus nouere ueneni,
Quorum per multas spatium diffunditur oras.
Hec generat narcisiten oriente sub ipso,
Qui lapis est fuscus, complevit hanc undiq; syluae,
Inter quas homines pecuaria ditia pascunt.
Caspiadas tangunt portas, qui solis ab ortu
Rupibus haec celsis Astæ sunt claustra potentis:
Qua uia sub Boream duplex se scindit, & austrum,

Hec

Hæc regio persas, hyrcanos dicit, at illa,
 Sub colles imos habitant, post caspia claustra
 Martia gens Parthi, telis arcuq; potentes,
 Viuere qui spolijs gaudent, rapiuq; superbo.
 Quapropter bellus homines uexantur in orbe,
 Atq; optata perit multo pax sanguine mundi.
 Post hos est Persis circundata montibus altis
 Assiduis florens regnis, & diuite censu:
 Ex quo perdomuit Lydorum mœnia Sardis:
 Cingitur excelsis hæc undiq; collibus omnis
 Ad uergens austros post caspia claustra petensq;
 Quod proprio pelagus celebrat cognomine latum
 Atq; tripartitis habitat tur finibus illa.
 Nang, colunt alij rigidæ sub partibus arcti
 Terras quas Medi nemorosis montibus umbrant,
 Ast alij mediæ uiuunt regionis in aruis:
 Littora postremi tangunt australia Perse
 Prima parte Sabæ, medijsq; Pasargada, post hunc
 Tascorum telis habitat gens fortis & arcu.
 Quidq; tenent populi diuisos Persidis agros.
 Annibus hæc multis recreatur & ubere pingui
 Hinc choros immensus profunditur, inde Choaspes
 Fonte cadens Indo, qui stringit gurgite Susa:
 In cuius ripis preclarus fulget Achates,
 Pondere consimilem quem proterit unda Cylindris:
 Fertilis hæc tellus fœcundis pascitur auris,
 Nam uentis semper florescant rura secundis,

Hæc

DE SITV ORBIS. 825

Hec eadem gemmis nimium decoratur honestis,
 Quarum quis uarias uires? quis nomina dicat?
 Tecolithum memorem iusto cognomine dictum,
 Qui lapides renum tritus, potusq; resoluit,
 Myrrhiteq; bonum nardi cum reddat odorem,
 Hic est Aëtites sonitum cui spiritus addit
 Arcanum crepitans, pregnantibus utilis agris
 Arcanon Pyrrites, digitos qui strictus adurit,
 Gemmaq; quæ radios emitit candida solis
 Atq; Selenites lunaris imagine lucis,
 Quod decus & minuit proprij splendoris & auget.
 Respice nunc reliquas Asia sub finibus oras.
 Persidis ad pontum Carmani solis ab ortu
 Littora pars habitant, media pars limina terre,
 Gedroſi post hos tendunt orientis ad ignem
 Oceanum iuxta radijs propioribus, inde
 Est Scythiae tellus australis flumen ad Indum,
 Qui ponto rapidus rubro contrarius exit.
 Gurgite nam celeri rectus decurrit ad austrum,
 Caucasii oriens primum de montibus altis.
 Diuidua cuius Patalene cingitur unda
 Separat inumeras & uasto gurgite gentes,
 Ad partes rapidi qua uergunt lumina solis
 Oritas Aribasq; simul liniq; arachotas
 Vtentes Chlenis, atq; Atraidas simul omnes
 Parnasi montis sub celsa rupe arienos
 Nomine communi, qui terras ubere nullo

Florentis

816 DIONYSII POEMA

Florenteis habitant, squalent nam sentibus aspiris,
 Curalij lapidem qui rubrum littore carpunt.
 Sapphyriq; decus nigri, flaviq; coloris
 Saxorum cedunt uenit, ac merce beati,
 In quorum terras hinc Tethios æquora cludunt,
 Quas primò Titan ascendens lumine cernit,
 Vnde color populis niger est flagrantibus ortus,
 Atq; gerunt similis hyacintho fronte capillos.
 Effodiunt alijs terras, auriq; metallum.
 Asì alijs texunt tenuissime tegmina lini,
 Vel dentes stringunt elephantis ab ore reuulsos,
 Scrutantur ripis alijs torrentibus imbris,
 Berylli gemmas glauci, nitidumq; adamanta,
 Atq; aura viridi legitur, que solendet iaspis.
 Curalijq; decus liquidi, gratiæ topazi.
 Purpureoq; amethystos inest suffusa colore,
 Divitias magnas sic tellus illa ministrat.
 Assiduis rigant hanc totam fontibus amnes,
 Arboribusq; uiget uarijs milioq; frequenti.
 Et precio rubre perfloret arundinis illa.
 Hinc alijs superant procero corpore tantum,
 Insiliant ut more equitum faciles elephantis,
 Ast alijs uiuunt sapienti pectore nudi
 Luminicusq; uident reditis, mirabile, solem,
 Et radios oculis & sacra mente retractant,
 Signaq; concipiunt arcana luce futuri
 Psittacus hic viridi decoratus torque rubenti

Nascitur,

DE SITV ORBI^S.

827

Nascitur, humanae simulat qui uerbera linguae,
Nunc age, te fluuios montes formamq; docebo,
Ipsiis terrae populos, gentesq; beatas.
Marginibus ternis tellus hac clauditur omnis,
Obliquatq; latus per cunctas linea partes.
Hesperios fines immanis terminat Indus,
Ad notios pelagus concludit gurgite rubrum,
Sed Ganges ortus et Caucasus excipit arctum.
Hanc homines habitant multi ditesq; colendam
Nominibus uarijs discreti, et finibus amplis.
Dardanees ripas contingunt fluminis Indi:
Hic ubi præcipitem scopuli fundunt Acesinem,
Huncq; capax classem uenientem uoluit hydaspes,
Tertius hos sequitur splendente gargite Cophes.
Toxilus inter quos habitat cum gente Sabarum,
Hinc Scolibri post hos sunt, Peucalei q; feroces.
Gangaridæq; truces, auri qua pondus onustum
Deuoluens, Hypanisq; trahit, rapidusq; Megarsus,
Quos capit Emodo missos Gangetica monte
Tellus, porrigitur que ad terræ Colidis austros
Oceani tangens pelagus sub collibus altis,
Quos uolucres metuunt, celeri contingere penna
Vnde locis Graij posuerunt nomen Aornin:
Hic uia que nomen celebrat Nissæa Lyæi
Cui Stelas dederat uictoria finibus illis:
Hic Tylos est superans uastæ miracula terra
Insula, namq; uiret cunctis in partibus anni:

Nee

828 DIONYSII POEMA

Nec solijs nudat ramos autumnus in illa.
 Aſidueq; tenet flores genus arboris omne.
 Hic fulget lymphata adamans qui pectora sanans,
 Et prohibens miseris occulti damna ueneni,
 Quem minimū ualeat ferrum superare, nec ignis,
 Frangitur hircino maceratus sanguine tantum,
 Sed tepido, fractis multis incudibus ante,
 Hic iuxta positus Magontini uiribus arcet
 Ad motum retrahit defendens robore miro.
 Hic Lychnis lucem simulat ſplendore lucernæ,
 Hinc meruit nomen preclaro nomine dignum.
 Tot ſunt per terras uulgatae nomine gentes,
 Nam reliquias qua mens ualeat mortalis in orbem
 Diſpersas, numerare tibi ſine numine magno?
 Quod bene diſpoſuit terras, pontiq; profundum.
 Syderibus uarijs decorans celeſtia templa,
 Et multis recreans, uarijsq; coloribus arua,
 Munera per populos tribuens diuersa uirorum.
 Sed uos terrarum tractus gaudeſte per æum,
 Et que cunq; mari circumdatuſ inſula uaflo,
 Oceanusq; ſimil, necnon penetrabilis unda,
 Qyam gremio tellus ſinuofſuſcipit alma,
 Et montes, fluiij, atq; lacus, quos continent orbis:
 Nam pelagi partes percurri carmine uafas,
 Et terra pariter regiones ſinibus amplis,
 Omnipotens pro quo gemitor mihi premia donet.

FINIS.

IN DIONYSII OPVS
SCVLVM DE SITV ORBIS,
aliquot annotatiunculae Ceporini.

Non quidem tota continuo orbiuia.) Hic Dionysius non intelligit uniuersam terram, quæ mathematicorum sententia, ut cetera elementa, rotunda est: sed ~~in~~ ⁱⁿ ueris tantum, id est, terræ portionem tunc temporis habitari compertam: quam secundum longitudinem in ortu ex occasum cuneata Dionysius funde, alij chlamydi simile dixerunt.

2 Atq; delubrum famosissimum Amyclæi Canopis.) Menelaus post euersam Troiam cum Lacedæmonijs, quorum dux erat, in patriam redditurus, adueris tempestatis pulsus in Agyptum, Canopo suæ nauis gubernatori ibidem extincto, de nomine oppidum in memoriam non longe ab ultimo uersus occidentem Nili ostio, quod inde Canopicū dicitur, extruxit: in quo post ea unâ cum Serapide, Osyrise, seu Api, ut deus coli coepit est. De quo Suida in hæc uerba: Canopus in Agypto. Olim Chaldei, ut ferunt, suum deum, scilicet ignem tactantes, ubiq; circumferebant, quo omnibus prouinciarum dijs committeretur, atq; huius uictor pre omnibus haberetur deus. Porro aliarum prouinciarum dijs ex ære, argento, ligno, lapide, aut tali quapiam materia facile ab igne consumptili erectus, necessariò ignis ubiq; uincebat.

Ll uincebat.

uincebat. Hoc cum audisset Canopi antistes, huiusmodi concinnauit astutiam. Hydriae in partibus Aegypti certissimae sunt fieri, minuta continuaq; habentes foramina per quae limosa aqua distillando redditur purissima. Harum unam nactus Canopi antistes, obturatis cera foraminibus, uarijs coloribus depictam, impletam aqua, ueteriq; statuae decapitatæ, quæ cuiusdam gubernatoris naus Menelai fuisse cerebatur, accurate impositam agglutinatamq; ut deum statuit. Post aduenerunt Chaldaei: succensus est ignis: & cera, qua foramina erant obturata, dissoluta est. Sudante uero hydria, & aquam per foramina emittente, ignis extinguebatur. Sicq; astu antisistitis, Canopus Chaldaeorum uictor declaratus, demeps ut deus coli coepitus est.

3 Postea subiungit trite dictum Stoicis) Qui centum stadijs distat à Canopo, & qui uno, & quæ non est in Canopo: sic quoq; plus & minus peccatum, & quæ non est in recte agendo. Scribitur autem hæc & uel hæc & indifferenter.

4 Amyclæ.) Amyclæ & Sparta oppida sunt Lacedæmonis, hinc Amyclæus & Spartanus, idem quod Lacedæmonius.

5 Europam uero ab Asia.) Tribus limitibus ab Asia secernit Europam, Tanai ad septentrionem, Helle sponto ad austrum, maximè ad austrum ostio Nili.

6 μαρσειον.) Parvus limes medijs: diminutiuum est sicut iudiciorum, & per auxes in Aëolicam &c, affero spiritu,

1 pium, que
2 diaz
3 Grecis
4 evadere
5 potice ad
6 regio
7 Ætna
8 Etna
9 infelix
10 ultima syll
11 minimum
12 Vbi
13 Troglodytes
14 Qu
15 neum dicimus
16 q
17 d
18 b
19 Mav
20 bene
21 Gallia
22 Bione
23 uirilis ex C
24 archiphilus Ionis
25 Tropis
26 Ibro Grammati
27 un temporum,
28 primam syllabam
29 intercedente

spiritu, quem Aeoles respuunt, in leuem conuerso.

7 οὐδὲ κατέχειν τοις φίλοις.) Διαυροφίσσοι καθίναι. τηλότε, στήγη γραῖς τριτισσίμα.

8 οὐδέ τι πάντα νειλούσι, futurum αὐτάσιν,
uel poëticē αὐτάσιν, sic φραγῆς φραγῆς.

9 λογοῖο.) mollis, placidi, candidi, calui.

10 ἄτλας,) pro ἀτλαντίδος, metri gratia.

11 ἄγκη οὐκ ισθμαντον τε νεὶς αἰθίπτου λαβίσοι.) Hic
uersus synæresin habet in dictione αὐδίστιος, penultima
et ultima syllabis in unam confluentibus. Sed de ratione
carmínium Græcorum scripsimus alibi,

12 Vbi certè multa inhabitatæ terre planicies.)
Troglodytarum seu Eremborum regionem intellige.

13 Qui ueſperum mare gignit.) Id nos mediterraneum dicimus.

14 ἀρχομένοισιν.) Incipientibus, id est primum in-
trantibus.

15 Μαρανίη.) Quam nos Maſiliam, ciuitas Nar-
bonensis Galliæ antiquo portu nobilis.

16 E Ioue Ausonij.) Auson, unde Ausonij, fuit filius Vlyſsis ex Calipſo, Vlyſſes Laertis, Laertes Archij, Archifius Iouis.

17 Τὴρ ἵπποι.) Docet Theodorus Gaza in quarto
libro Grammaticæ, prepositionem bisyllabam, et duo
rum temporum, suo nomini immediate postpositam, in
primam syllabam traducere accentum: at alia dictio-
ne intercedente, suo loco seruare manentem. Igitur

832 ANNOTATIONES

27. *in*, duæ dictiones sunt tantum, pro *in* *in*: *in* *a*.
in, tres pro *in* *in* *in*, uel *in* *in* *in* *a*,

18. *περιπατέσσον.*) Verbum neutrum, Græcorum
more usurpatum actiuè, aspiciens, pro aspectu similas.

19. *καὶ οἱ μηδὲ βούσσοι.*) Ut clamant. *καὶ* hic cum admi-
ratione legendunt.

20. *in d' ἐγίνεται σικελίαν.*) E montibus Siculis, à fini-
bus Siculi maris, à promotorio occidentali Crete, frōte
scilicet Arietis: eousq; enim productū erat mare Siculū.

21. *περίγραμ.*) *περίγραμ*.

22. *ἰομάρανος πνοιόσιμον.*) Iomarus mons Thracie. Bo-
ream à cardine septentrionis ferè delabentem Græcie
uulgs (cuius poëtæ miri emulatores sunt) appellauit
Thbracium: quod ex ea regione ipsis ad septentrionem
conterminaflare uideatur. Hoc semel admonere uisum
est, quod poëtæ compluries rem, non sicut in se est, sed
ut uulgò uidetur, describunt.

23. *ἐρθύν πνοιόσιμον.*) Boream è cardine septen-
trionis in nostram habitabilem rectā, id est nullo tumo-
re terræ impidente, spirare, etiam in Hesiodi scholijs ex
Gellio adnotauimus.

24. Pharium.) A Pharo insula Alexandriæ Egyp-
ti opposita: Sidonium à Sidone oppido Phœnicie.

25. Issus.) Nobilis ciuitas ad ultimum mediterranei
maris sinum, qui inde Iſicus, sita fuit: que post supera-
tum ibi ab Alexandro Darium, Nicopolis ex Alexan-
dria fuit appellata.

Cyaneas.)

IN

16 Cy-
niskos, &c.

17 Medi-
hi in Paphlagonia.

18 Terti-
uilectet, cuius
seruum Plini-

u. Poloni & B-

19 idem
u. neutrū con-
gatis.

20 Mat-
temerinda.

tius uniuersi-
tatis judicium.

21 spuri.

Geometras fig-
uicem habet in

equalia. Ad ho-
mem picture,

22 Pelli p-

eraculus interpo-

23 Sed enim
gas gentes Ap-

udine recenset.

24 Cartha-

uon primo Aene-

us.

26 Cyaneas.) Nigras, atras: quæ alio nomine συμπληγαδεις, à concusione.

27 Media uero utrimq; duo surgunt, &c.) Carambis in Paphlagonia, Frs arietis in Taurica Chersoneso.

28 Torto similem circunducti funi arcus.) Scythici uidelicet, cuius figuram efficere pontum Euxinum testatur etiam Plinius. Talibus arcubus hodie utuntur Vngari, Poloni & Boëmi.

29 idv Διαγραφήτα, μέσον δὲ ὅριον ιάραμβος.) Sic lego, ut metrum constet, idv Διαγραφήτα, μέσον δι τοι ὅριον ιάραμβος.

30 Matrem ponti.) Eorum lingua, ut alij referunt, Temerinda. Verisimilius tamen secundum rationem totius uniuersi, Euxinum esse matrem Maeotidis. τὰ δὲ ἀπλένοσι μέσον αὐτούς, ἡ λαίλα χώραν εἰκόνων οἶνον ἔχει.

31 τραπέσιον.) Mensulae Hesychius, τραπέσιον apud Geometras figura est, quæ duo latera opposita ad se in unicum habent mæqualia, duo uero, priora connectentia, æqualia. Ad hoc aliaq; Dionysij terræ delineamenta ueterum picturæ, non recentiorum adhibendæ sunt.

32 Pelli Pardimæ.) Ea ad rubedinem tendit, nigris maculis interpositis, teste Alberto de Animalibus lib. 22.

33 Sed enim extremum quidem.) Primum maritimas gentes Aphricæ à Gadibus usq; ad Aegyptum ex ordine recenset.

34 Carthago Aphrorum quidem.) Lege Vergilium primo Aeneidos, Deuenire locos.

- 35 Δυρψ.) ἀμφίτερος.
 36 Νίλος ωντος.) νιάτοντος.
 37 Ausonia uirtus.) Duce Cornelio Balbo. Plin.
lib. 5. cap. 5.
 38 Libyci dei.) Ammonis: cui nomen ἀπὸ τῆς ἄμμου,
 ab harena.
 39 Cyrene.) Oppidum, à quo Cyrenaica regio, à
 Battō quodam Lacedæmonio conditum fuit.
 40 Marmaridæ nutantes ad Aegyptum.) Est enim
 in Marmarica seu Mareotide regione luxuriantes.
 41 Gætuli item desuper.) Ad Gades iterum con-
 uersus interraneos perstringit.
 42 Cernæ.) Hanc insulam alij maris Aethiopici
 seu Rubri esse memorant, alij Atlantici. Quam diuersi-
 tatem ex eo ortam coniicio, quod hanc insulam Aethio-
 piæ acceperunt uicinam, quæ duplex est, orientalis &
 occidentalis: præterea uarias opinione de origine Nilii.
 43 οὐτὸς πατέρες.) Nilus dictus quasi via iher, se-
 ste Seruio super nonum Aeneidos.
 44 Hunc accolunt præclarorum genus uirorum.)
 Huc accolūt præclari uiri. Familiaris tropus Dionysio.
 45 Po rō schema tria ad latera tēdit.) Id est quod
 alij dicunt, Aegyptum habere figuram literæ Δ.
 46 Vbi creperus Memnon.) Is filius fuit aurore,
 rex Aethiopie, cui statua Thebis erecta fuit ex Bisalte
 lapide, quem quotidiano solis ortu contactum radis cre-
 pare obseruatum est. Vide Plinium lib. 36. cap. 7.
Macedo-

47 Macedonium oppidum.) Alexandria, ab Alexander Philippi regis Macedonie filio condita.

48 Vbi Smopit.e Iouis.) Quidam existimant statuam Iouis in templo Alexandrie sinopide coloris generu nascentis in Sinope oppido Ponti, sive depictam, atq; inde dictum Iouem Smopiten. Quid si à Smopide nymph.a adamanta nomen meruerit? de qua infra alio quid habetur.

49 Pelei oppidum cognomine.) Pelusium.

50 Πυρώδες.) Suida: πυρώδες Abderitica lingua figuram significat: sed & alijs dictiōibus non grēcis Democritus Abderites uititur.

51 Bretani.) Non qui Britanniam insulam, sed Aquitanice Gallie continentem habitant.

52 Terram hanc.) Hispaniam. Idem refert Strabo.

53 Gerrhæg.) Quidam hic legendum existimant Rhætig., nec id sine ratione: quippe cum Dionysius nec uspiam alibi mentionem faciat Rhetorum, ab omnibus ueteribus celebratorum historicis. Constat profecto hoc loco Dionysium indicare uoluisse populum ad austrum supra Noricos, uicinum fontibus Danubij, siue hi Rhæti, siue Vindelici fuerint. Evidem an hoc Dionysij errore, uel scribere alicuius uitio factum sit, planè ignoro: tandem scio hanc uocem Grēcis robustum, durum, & agresti quiddam sonare.

54 ανθε.) Nos duabus literis transpositis Abyla dicimus.

L 1 4 55 b. p.

55. *λευκοί δ.*) Omnino legendum opinor *λευκοί δ.*
idq; positum pro *λευκίνοι*. Sunt enim Celtiberi populi
citerioris Hispaniae.

56. *πελαγής.*) Vide num legendum sit *πελαγός*, si
cut paulò ante scriptum uidimus.

57. *Castæ Parthenopes.*) Tres Sirenes, Leucosia,
Ladia, & Parthenope ab Ulysse delusa, ob indignatio-
nem se ultrò submergentes ponto extinctæ sunt: quarum
Parthenope Neapolim Campania urbem delata, atq; ibi
dem sepulta, templum meruit, nomenq; dedit urbi.

58. *Ἐν τῷ νηὸν γένεται τοῦ προσκεπτοῦ ἀληνοῦ.*) Sic me-
trum constat: τῶν ή νηὸν γένεται τοῦ προσκεπτοῦ ἀληνοῦ.
Ad hunc locum lege Volaterranum de Locris Italie
populis.

59. *Iouis multum irati infelix Sybaris.*) Quæ lo-
uem habuit iratum. Tropus linguae Graecæ. Sic, Heros
infensæ Veneris.

60. *Sub Alphei honoribus.*) Sub ludis Olympicis.
Præterlabitur enim Alpheus Elidem, ubi celebrari sole-
bant Olympia: atq; hic pro ipsis certaminibus ponitur,
sicut aliquando apud Pindarum: & in hoc prouerbio.
τοῦ τριχετοῦ ἀλφεῖδος πνίων. Hic currit uelut in stadio o-
lympiaco. Præmium autem quo Sybaris secundum Stra-
bonem deleta est à Crotoniatis, auditum est eodem die
Olympiæ, teste Plinio lib. 7. cap. 22. Dicit autem μυναύ-
ρος, & dios μύρα χωραμενού, alludens ad prouerbium, Συ-
βαίτη μανιούται, μελαμανιεται. Quare apud Sui-
dam,

IN D
apud Ere
nia, Amyris
a Et Maro
omitus Gr
translationbu
in, frumenta Syba
mitig, truce
ai Marsim q
Piscianii aut
lantes medio
gremio, Mar
61. Hylle
Hyllis pen
icitar.
62. Ariad
Iaphano de Vir
64. Ab Afri
65. Arcader
India,
66. Delph
bunni occisi a
incepit. Suci
67. Rinius q
opus grecus.
68. Pericu
plic

IN DIONYSIUM.

337

dam, & apud Erasnum Roterodamum, Sybaritica calamitas, Amyris insanit.

61 Et Marsorum, &c.) Hic unum uel duos uersus de Samnitibus Greco exemplari deesse manifestum est ex translationibus Latinis: habet enim Festi Ruffi traductio.

Infortunatae Sybaris uicina ruine est:

Samnitesque truces habitant confinia: post hos

Gens Marsum quandam tenuit loca.

Prisciani autem secundum alios, Fannij,

Samnites medio complectitur Italia tellus

In gremio, Marsosque simul.

62 Hylleorum terram.) Apud Plinium lib. 3, cap.

22. Hyllis peninsula etiam promontorium Diomedis dicitur.

63 Βαλινίου.) Βαλίνη ciuitas Illyriae memoratur à Stephano de Vrbibus, & Suida.

64 Ab Asia.) uico Arcadiæ, secundum Stephanum.

65 Arcades Apidanæi.) Volaterranus libro 9. de Arcadia.

66 Delphynæ.) ὁ Δελφύνης τοῦ Δελφύως, nomen draconis occisi ab Apolline, à quo nomen eius oraculum accepit. Suida in dictione δελφοί.

67 Huius quidem ad Boream. Ab hac ad Boream.

Tropus græcus.

68 Periculosa nautis via.) Scilicet Scylla & Charybdis,

Ll 5 69 Amnis-

838 ANNOTATIONES

69 Amnissos.) fluuiio Cret.e Suid.s.

70 Rhodus, Ialysorum sedes hominum.) Rhodus
insula antiquitus tribus urbibus nobilitata fuit, Lindo,
Camyro, & Ialyso, quae nunc Rhodus, teste Plin.li.5.cap.
31. Vnde Ialyso Rhodienses.

71 *ωιαλλαρι.*) Volitat, patet.

72 Abantias Macris.) Euboea dicta prius fuit Ma-
cris & Abantias, seu Abantis: Euboeenses uero Aban-
tes, auctoribus Plinio & Volaterrano.

73 Threiciag: Samos.) Samothracia.

74 Alia immensa insula obuiat.) Chersonesum sen-
peninsulam intra Meotidem & Pontum intelligit, quam
Plinius lib. 6. cap. 6. Eionem uocatam testatur, Mela in-
fine primi Corocondamam.

75 Insulas Hepperidas.) Cassiteridas, uel Cattiteri-
das alijs dictas, à stanni copia.

76 Due insulæ sunt Bretanides.) Albion, seu An-
glia, & Hybernia.

77 Insularum alias tractus.) Orchadum scilicet,
que secundum alios numero triginta sunt, qui uero è re-
gione Amnitæ sint, ingenuè fateor me plane ignorare.
Atq; hic locus unicè me torquet apud Dionysium. Apud
Plinium quidem inuenio Amnienses populos esse Hispaniæ
Beticæ: sed nihil ad hunc lo cum facere uidentur.

78 Iaphiotes.) Epitheton Bacchi, de quo infra
habetur.

79 Vbi quidem sole progreso, &c.) Lege Plin.
libro

libro secundo, capite 77. Item libro 4. capite 16.

80 Auream insulam.) Chryse & Argyre insulae Oceanis orientalis memorabiles sunt historicis. Est item aurea Chersonesus ultra Gangem ad orientem, quam forte hic intelligit Dionysius: quippe cum alibi quoque peninsulas seu Chersonesos recensere soleat inter insulas.

81 Inde uero conuersus austrinum, &c.) Intricata hanc uerborum structuram sic explicabis, Inde uero conuersus ante Colium promotorium austrinum, denies ad magnam insulam Taprobanam, matrem Asiae genorum elephantum, leuias regiuncula & promontorium auernum in regione Taprobana. Ptolemeus tabula decima Asia leuias in eis & liggv appellat.

82 Quam super coelestibus.) Secundum alios non sub tropico cancri, sed sub aquinoctiali sita est Taprobana.

83 τερψχει.) Induruit, induratus, exasperatus est, riget, τραχω ή τρψχω, τὸ τρψχων, μέσος τὸ φρουρίου εἰτε γύρει τετράχει.

84 ἵειμιντο.) Alij ἵειμιντο. quidam item ἵειμιντο, id est longe cathernatus, legunt.

85 ἀληγοῖς.) peccatoribus, uel denijs.

86 λατὰ βασιβ.) Hesychius. Basib, ἀληγον μικρόν, ἄφθονον, πολλάδο.

87 Sub tauri specie cultæ.) Diana.

88 Nyssam ad planiciem.) De qua inferius.

89 Call-

89 Caucasij.) Brachia Tauri montis, quæ septentrionem uersus serpunt usq; ad montes Riphæos, uocantur Caucasia: in quibus Tanain oriri tradit Dionysius: alij uero in montibus Riphæis Tanain fontes habere existimant.

90 A Xantho & Simoente.) E Troia.

91 Aretiaden.) Filium Martis scilicet Ascalaphū, de quo Homerus in d. B. in catalogo, τὸν οὐκανάθος ναὶ ιάμαθος, ὅτις ἀφεντικός.

92 Post solum Tyndaridarum.) In ora Colchidis ad ultimum Ponti sinum diuersam urbs Castoris et Pollicis, qui diuersos Græcis dicti, quondam florentissima sita fuit.

93 Circae.) Colchici: fuit enim Circe soror Aetis regis Colchorum.

94 Tertia ad orbes lunæ.) per tres menses: nam singulis mensibus, singulos orbes luna uel proprio suo ambitu, uel lucis incremento absoluit.

95 Profluijjs commiscetur Oceanus.) Dionysiuste statur Caspium sinum meatum habere in Oceanum septentrionale: licet id minus perspicuum sit ex generibus picturis.

96 Parneſi.) Parnesum uel Parnasum uocat, quem alij Parapamisum uel Parpanisum.

97 ναὶ ἔντεια βαρβαροπόννι.) Sic nostra habebant antitypa: malo tamen diuisim legere ἔντεια βαρβαροπόννι.

98 Λικαιομένη.) Λικαιομένη, à Licetio.

99 Et qui

99 Et qui turres tenent ligneas.) Mosynœci: de quibus Mela & alij.

100 Thermodon martius.) Ab accolis Amazonibus quæ à Marte duxerunt originem.

101 Terrestris Saturnidæ ingentem canem.) Cerberum Plutonis. Saturnidæ simul dicuntur, Iuppiter, Neptunus, & Pluto: nam ijs tres filii fuere Saturni. Hic alterum epitheton solis tollit ambiguitatem. Indicat autem Acherusiam, descensum ad inferos, sumpta fabula ex Hesiodi Theogonia de intercessio ab Hercule Cerbero. Hunc specum Mela in Bithynia esse testatur.

102 Fundamento in ulmi.) Id est, ulmeis truncis isto fundamento, in loco scilicet palustri. De hoc magna Diana Ephesie templo, mundi miraculo, plura legere poteris apud Plinium, & alios.

103 eis Aids illuviorum.) Legio illuviorum: non enim Bellerophon, sed eius equus Pegasus in cœlum proiectus est. eis alios, eis oīnoy το διός, & ἡρανίον, Atticus sermo.

104 Campus Aleius.) Hic ænus proprium loci ab oberrantia Bellerophontis, ab ændomus ænus, quæsi diceris erraticum. aliás ænus sine segete & pastu. Vide Hesychium.

105 Quam cauam perhibent cognominem.) Loxias, ovian, Calosyriam, id est cauam Syriam.

106 Et Neptunias structuras.) Posidium oppidum, wortendam Neptunus.

107 Supra enim ipsam Omnes ualde opulentis & clari

elari homines colunt.) Hæc uerborum structura latine
obscura est, licet clara sit græca. sic sensum collige: Opus
lentiissimi & clari homines præ omnibus alijs regioni-
bus ipsam inhabitant.

108 Reuera enim in terra dissoluit illa Iuppiter
ipsum Dionysium bene futo à femore.) Ferunt fabule,
Bacchum natum è femore Iouis, quod epipheton indicat
επαφότης, πορὰ τῇ ἐφάφῃ, ab assutum esse: quasi assutus
femori Iouis. Vide Hesychium.

109 Medianum amnium.) μέσων ωταμῶν, μεσοπτε-
ρίων, quasi medianum.

110 Ophietidem petram.) Serpentinam, usitam,
desertam. Hic locus apud Esiam prophetam uocatur
Petra deserti, teste Volaterrano.

111 Heroines.) οἱ παῖδες, patronymicum fœmininum,
filia Herois.

112 Filio Pandionidæ.) cuidam iuueni Atheniensis
de tribu Pandionide. Medeam cum Iasone clam in Gre-
ciam profectam, postea ueneficij accusatam ex Athenis
fugisse scribit Diodorus Siculus lib. 5.

113 Ausonij regis.) Octauij Augusti, post interse-
ctum ab iisdem Crassum. Vixit autem Dionysius sub Au-
gusto.

114 Meonianam & Sardias.) Regnum & sedem
Cœsi cepit Cyrus rex Persarum.

115 Quamobrem Nyssæum quidem uulgò dixe-
runt uicum.) νύσσαν pungere, ferire, νυσσαὶ Bacchicus.

Etiam

TIONES

erborum fructu-

sic sensu aliq-

omnibus dicitur

a disfinita illa

more.) Ferat

quod epidemias

stiam efficiunt

huius tempore.

) Serperinus

am proprieatis

onymicum fons

idam iuvet alio-

rum leprosa deca-

ntur accusatis ei-

lib. 5.

Augstii, post
autem Dionysii

Regum 6

qui quidem adg-

re, roratus Bar-

ius

IN DIONYSIUM.

843

Etiā Plinius lib. 6. cap. 21. Nysam urbem Libero patrū
sacram ad hunc locum sitam commemorat. Sunt præter-
ea & aliae urbes hoc nomine, omnes sacra Baccho.

216 Ad fluentum concessit Ismeni.) Rediit in pa-
triam Thebas Bœotia: fuit enim ὀἰσταῖος. Ismenus filius
Bœotia.

¶ Hec in Dionysium non facile cuius rati esse ob-
via, carptim adnotauimus: reliqua studiosus Lector ex
Ptolemaeo, Plinio, Strabone, Volaterrano, Mela, com-
mentarijs Camertis, & alijs suo Marte commodius com-
parabit. Habent certè iam omnes libri suos indices, qui-
bus res innumeræ scitu dignas ex autoribus
leuisima opera conquirimus.

WINIS.

BASILEÆ, PER HEN-
RICHVM PETRI
ANNO 1561

Ioan

Coronent

diment

ter

Tabelli

Eiusdem

q

idorum parte
Regnagi cu